This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

RB.8
a.458

Digitized by Google

Digitized by Google

Ge Durant

Sept. 20. 1834

Regina cæli lætare
Alleluia
Quia quem meruisti portare
Alleluia
Resurrexit sicut dixit
Alleluia
Ora pro nobis Deum
Alleluia
Gaude et lætare Virgo Maria
Alleluia
Quia surrexit Dominus vere.
Alleluia

Oremus

Deus qui per resurrectionem
filii tui Domini nostri Jesu
Christi mundum lætificare
dignatus es præsta quæsumus
ut per eius genetricem virginem
Mariam perpetuæ capiamus
gaudia vitæ. Per. &c. &c.

Digitized by Google

Gilbert R. Blount

LIBELLUS PRECUM,

AD USUM

Sodalitatis S. Gregorii Magni,

SUB PATROCINIO B. M. VIRGINIS.

A. S.-S. P. Leone XII, *approbatæ.*

SHEPTONIÆ;

TYP. J. WASON.

MDVIIIXXVII.

Digitized by Google

BRITISH
Digitized by Google

F. LUCAS BERNARDUS BARBER, PRIOR MONASTERII SANCTI GREGORII MAGNI IN ANGLIA APUD DOWNSIDE, PROPE CIVITATEM BATHONIENSEM STABILITI, ENIXE A S. SEDE SUPPLICAT UT IPSI DETUR VENIA INSTITUENDI IN COLLEGIO HUIC MONASTERIO ANNEXO, CONFRATERNITATEM SUB PATROCINIO BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ, CUJUS FINES ERUNT,

1° Ut arceatur ab eodem Collegio omne Vitii genus, et inter alumnos, foveatur virtutis studium germana sinceraque pietas.

2° Ad promovendam erga Sanctam Deiparam devotionem et zelum salutis illarum, in hac nostra infelicissima patria ani-

Digitized by Google

marum, quæ in tenebris et in umbra mortis sedent, tam durante educationis tempore, quam illa finita.

3° Ad postulandum a Deo Angliæ conversionem ad avitam et Sanctam Catholicam fidem. Ad effectum præmisssorum debebunt Socii propositæ societatis

1° Curare ut quolibet Mense celebretur Missa, cui si fieri potest intererunt socii; Missæ hujus erit intentio ut redeat Anglia, mediante Dei gratia, ad primævam et veram fidem.

2° Recitare qualibet hebdomada unam Rosarii partem et etiam qualibet hebdomadæ die recitare precem S. Bernardo adscriptam vulgo dictam *Memorare*, collectas S. Gregorii Magni Collegii Patroni, et S. Patris

Digitized by Google

Benedicti pro Angliæ conversione.

3° Ita innocenter vivere, ut digni inveniantur accedere semel saltem quolibet Mense ad Sacrosanctum Eucharisticæ Sacramentum.

4° Quamdiu in Collegio degerint, omni occasione favorabili et prudenti uti animos suorum Condiscipulorum virtutis et pietatis studio imbuendi et a vitio avertendi; at si (quod Deus avertat) aliquis alumnus publice vel scandalose deliquerit taliter delinquentem Collegii Superiori denuntiare, si post primam et secundam privatam adhibitam correctionem sese non emendaverit.

5° Insumere unaquaque die aliquod tempus in oratione

Digitized by Google

mentali vel saltem in piâ alicujus libri spiritualis lectione.

Sequentes Indulgentiæ applicabiles etiam per modum Suffragii animabus Fidelium Defunctorum enixé et humiliter supplicantur pro Sociis hujus Confraternitatis,

1° Plenaria in die quo admittendus Socius, præmissis Sacramentali Confessione et Communione Sacra.

2° Plenaria in die quo accessuri erunt Socii quolibet Mense ad Sacram Synaxim.

3° Plenaria in festis S. Patris Benedicti solemni ritu in nostro Collegio celebratis, id est, in festis S. Patris Benedicti die vigesima prima Martii, Sancti Gregorii Magni die duodecima

Digitized by Google

Martis, Sancti Thomæ Cantuariensis die vigesima nona Decembris, Sancti Augustini Angliæ Apostoli, S. Benedicti Biscopi, S. Placidi, S. Mauri, et in festo omnium Sanctorum Ordinis S. Benedicti; necnon in festis principalioribus Beatissimæ Virginis Mariæ, videlicet in festis Annuntiationis, Nativitatis, Conceptionis, Nominis et Rosarii ejusdem Beatæ Mariæ semper Virginis, præmissis Confessione et Communione.

4° Plenaria in Mortis articulo.

5° Indulgentia partialis quotiescumque devote visitaverint et submisse adoraverint Sanctissimum Sacramentum aliis, quam iis temporibus, quibus alioqui visitarent S. S. Sacramentum.

EX AUDIENTIA S. Smi

Digitized by Google

habita die 26 Januarii 1826 S. Smus Dominus noster Leo P. XII. referente me infrascripto S.Congregationis de propaganda fide Secretario, benigne remisit preces arbitrio et prudentiæ R. P. B. Vicarii Apostolici in cujus districtu consistit supramemoratum Monasterium cum facultatibus necessariis et opportunis, ut quatenus in Domino expediri judicaverit, Piam Sodalitatem sub. Patrocinio Beatæ Mariæ Verginis Mariæ, perpensis, tamen prius ac mature consideratis illius Constitutionibus in adnexo Collegio erigere atque instituere,ejusque Confratribus, Indulgentias juxta prius,Apostolica Auctoritate perpetuo concedere valeat,contrariis quibuscunque non obstantibus.

Digitized by Google

DATUM ROMÆ ex ædibus dictæ S. Congregationis die et anno quibus supra,

Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo.

L. S. PETRUS CAPRARA Archiep. IRONIEN. S. C. de Pa Fe Secret.

Digitized by Google

NOS FRATER BERNARDINUS *Episcopus Thespiensis et in Districtu Angliæ Occidentali Vicarius Apostolicus virtute auctoritatis Apostolicæ nobis concessæ, Sodalitatem de qua agitur illius Constitutionibus debite, perpensis, summopere approbamus et illam erigendi, et instituendi facultatem plenariam facimus Reverendo Domino Bernardo Barber, Monasterii Priori ac eidem Sodalitati indulgentias in supplici libello petitas limitando indulgentiam partialem (de quo numero quinto) ad quadraginta dies, virtute ejusdem auctoritatis Apostolicæ perpetuo elargimur.*

Datum Sheptoniæ die vigesima Martii anno Domini Millesimo Octingentesimo vigesimo Sexto.

Digitized by Google

L. S. + Fr. Bernardinus Episcopus Thespiensis et in districtu Angliæ Occidentali Vicarius Apostolicus,

---

ROSARIUM

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ,

MYSTERIA LÆTA.

Pro hebdomadis Adventus et sequentibus usque ad Quadragesimam.

Recitantibus Rosarium qualibet hebdomada, pro feriis secundis et quintis,

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, &c.

R. Sicut erat in principio, &c,

Digitized by Google

PRIMUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio quemadmodum Angelus Gabriel salutaverit Virginem Mariam, Dominam nostram, & ei Conceptionem Domini, ac Redemptoris nostri Jesu Christi annuntiaverit.

Semel *Pater noster*, & decies *Ave Maria.*

Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat Regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in Cœlo & in Terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos in-

Digitized by Google

ducas in tentationem, sed libera nos à malo.

R. Amen.

Ave Maria.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum; Benedicta tu in mulieribus, & benedictus Fructus ventris tui Jesus: Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ.

R. Amen.

ORATIO.

O Regina Virginum Sancta Maria, per altissimum dilecti Filii tui & Domini nostri Jesu Christi Incarnationis Mysterium, quod est salutis nostræ initium, te deprecamur, ut tua intercessione agnoscamus hoc prægrande beneficium, quod

Digitized by Google

ipse nobis contulit, in quo se Fratrem nostrum, & te Matrem sibi dilectissimam, etiam nostram facere dignatus est,

R. Amen.

SECUNDUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Beata Virgo Maria, cum intellexisset Sanctam Elizabetham esse gravidam, abierit cum festinatione, in Montana Judeæ, ad eam visitandam, & cum ipsa permanserit tribus mensibus.

ORATIO.

O Virgo Maria mundissimum humilitatis speculum, per illam

Digitized by Google

nimiam charitatem, quæ te duxit ad visitandam Beatam Elizabetham, tua intercessione pro nobis obtine, ut corda nostra tali modo visitentur à sanctissimo Filio tuo, ut ab omni peccato liberi ipsum laudemus & æternas gratias agamus.

R. Amen.

TERTIUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Beatissima Virgo Maria, cum impletum esset tempus pariendi, peperit media nocte Christum Redemptorem nostrum, & reclinaverit eum in præsepio inter duo animalia, quia non fuit ei locus in diversoriis Bethleem.

Digitized by Google

ORATIO.

O Purissima Dei genitrix, per tuum Virginalem, & lætissimum Partum quo Filium tuum unigenitum mundo donasti, te deprecamur, ut tua intercessione ita sancte & pure vivamus in hoc sæculo, ut Filii tui misericordias & tuas, sine intermissione nocte dieque decantare possimus.

R. Amen.

QUARTUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Beatissima Virgo Maria, in die Purificationis suæ præsentaverit Puerum Jesum in Templo, quem

Digitized by Google

Justus Simeon, plurimas gratias agens, in ulnas suas devotissime suscepit.

ORATIO.

O Virgo admirabilis, Magistra & Exemplum obedientiæ, quæ in Templo ipsum Templi Dominum præsentasti, obtine pro nobis tua intercessione à dilecto Filio tuo gratiam, ut eum cum Justo Simeone, & devota Anna, nocte dieque laudare valeamus.

R. Amen.

QUINTUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Beatissi-

Digitized by Google

ma Virgo Maria, postquam Filium suum in Jerusalem inculpabiliter amisisset, & per tres dies quæsivisset, tandem die tertio invenerit eum in Templo, in medio Doctorum disputantem cum eis, cum esset annorum duodecim.

ORATIO.

O Beatissima Virgo plusquam Martyr, Consolatrix afflictorum, per illum ineffabilem lætitiam, qua perfusa es invento dilecto Filio tuo in Templo disputante in medio Doctorum, ab eo pro nobis obtine, ut sciamus ipsum quærere, & taliter invenire mereamur in Ecclesia Sancta Catholica, ut nullatenus ab eo separemur.

R. Amen.

Digitized by Google

Salve Regina, Mater misericordiæ, Vita dulcedo & spes nostra salve. Ad te clamamus exules filii Evæ: Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle; Eia ergo Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte; & Jesum benedictum Fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende; O Clemens, O Pia, O dulcis, Virgo Maria.

V. *Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.*

R, *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS.

Supplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi, ut qui in Societate Sanctissimi Rosarii Dei genitricis & Vir-

Digitized by Google

ginis congregamur, ejus intercessionibus à te de instantibus periculis eruamur.

R. Amen.

Mysteria

TRISTIA.

Pro Hebdomadis Quadragesimæ
Pro feriis tertiis et sextis.

PRIMUM

Mysterium

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus tantum sanguinis in horto fuderit, ut guttatim in terram defluxerit.

Digitized by Google

ORATIO.

O Virgo Sanctissima, plusquam Martyr, per iliam ardentem orationem, quam Unigenitus tuus in horto ad Patrem effudit, pro nobis intercedere dignare, ut passionibus nostris rationi subjectis, semper in omnibus Divinæ voluntati subjiciamur.

R. Amen.

SECUNDUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus fuerit in Domo Pilati crudeliter flagellatus, & suprà quinque millia verberum patientissime sustulerit.

Digitized by Google

ORATIO.

O Mater Dei patientiæ fons perennis, per illa flagella quæ Unigenitus tuus pro nobis sufferre dignatus est, ab ipso pro nobis impetra, ut sciamus nostros rebelles sensus mortificare, & omnes peccandi occasiones abscindere illo doloris gladio qui tuam animam pertransivit.
R. Amen,

TERTIUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Meditamur in hoc Mysterio, quemadmodum crudeles carnifices Dominum nostrum Jesum Christum pungentibus spinis coronaverint.

Digitized by Google

ORATIO.

O Mater æterni Principis gloriæ, per illos, spinarum aculeos, quibus illius sanctissimum Caput transverberatum est, te deprecamur, ut tua intercessione longe facias à nobis omnem superbiæ motum, & in die judicii liberes nos à confusione, quam peccata nostra merentur.

R, Amen.

QUARTUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus damnatus ad mortem, Crucem, ad majo-

Digitized by Google

rem ignominiam, & dolorem humeris suis impositam patientissime bajulaverit,

ORATIO.

O Virgo Maria patientiæ speculum, per illud gravissimum Crucis onus, in quo Filius tuus & Dominus noster Jesus Christus super se delicta nostra portavit; Tua intercessione ab eo pro nobis talem fortitudinem obtine, ut illius vestigia sequentes, nostram etiam Crucem usque ad vitæ terminum portare valeamus.

R. Amen.

QUINTUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus

Digitized by Google

noster Jesus Christus cum pervenisset ad Montem Calvariæ, nudatus fuerit, & clavis crudelissime Cruci affixus, in conspectu suæ afflictissimæ Matris.

ORATIO.

O Benedicta Virgo Mater Dei, sicut Unigeniti tui membra in Cruce extensa sunt, ita ad quodcunque ejus obsequium extendantur nostra desideria, & simul corda nostra ut continuo condoleant de ejus Sanctissima Passione, & tu Sanctissima Virgo, tua efficaci intercessione salvationis nostræ negotium agere dignare.

R. Amen.

Salve Regina, &c. *cum Vers. &c. Orationes sicut supra pag.* 19

Digitized by Google

Mysteria

GLORIOSA.

Pro Dominicis Paschalibus: Pro feriis quartis & Sabbatis,

N.B. Post Pentecosten usque ad Adventum partes Vicissim recitentur.

PRIMUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus de morte, & tormentis gloriose Triumphans, Resurrexit tertio die immortalis, & impassibilis.

ORATIO.

O Gloriosa Virgo Maria, per illud ineffabile gaudium, quo perfusa es in Resurrectione Unigeniti tui, te deprecamur,

Digitized by Google

ut ab eo pro nobis obtineas, ne corda nostra abeant post falsa mundi gaudia, sed spiritualibus & veris bonis tota se tradant.

R. Amen.

SECUNDUM
Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus post quadraginta ab ipsius Resurrectione dies, ascenderit in Cœlum, Angelis comitatus, spectantibus, & admirantibus Sanctissima Matre, & Sanctis Apostolis, ac Discipulis.

ORATIO.

O Mater Dei, afflictorum Consolatrix, sicut Unigenitus

Digitized by Google

Filius tuus ascendens in Cœlum Apostolis suis benedixit, pro nobis ab eo obtine, Domina Clementissima, ut ipsius, ac tuam benedictionem in terra, & ex inde in Cœlo fruitionem assequi mereamur.

R. Amen.

TERTIUM

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus a dexteris Patris in Cœlis assidens, miserit Apostolis, sicut eis promiserat, Spiritum Sanctum, qui simul erant cum Beatissima Virgine in Cœnaculo Jerusalem expectantes hujus promissionis effectum.

Digitized by Google

ORATIO.

O Virgo, Sacrarium Spiritûs Sancti, deprecamur te, ut tua intercessione suavis ille Spiritus, quem Unigenitus tuus Apostolis suis misit, quo eos consolatione, & lætitia replevit, doceat nos in hoc sæculo veram salutis viam, & virtutis ac bonorum operum exercitium.
R. Amen.

QUARTUM.

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum gloriosa Virgo Maria duodecim post Resurrectionem Filii sui decursis annis, transierit ex hoc mundo ad Filium, & per

Digitized by Google

ipsum assumpta sit in Cœlum. comitantibus universis Angelorum Choris.

ORATIO.

O Virgo prudentissima, quæ ascendens in Cœlum Angelos lætitia, & homines fiducia replesti, in hora mortis nostræ pro nobis intercedere dignare, ut á diaboli illusionibus & tentationibus liberati, læti & securi exeamus ex hâc vita, ad futuram beatam perfruendam.

R. Amen.

QUINTUM.

Mysterium.

MEDITATIO.

Contemplamur in hoc Mysterio, quemadmodum gloriosa

Digitized by Google

Virgo Maria cum festiva exultatione universæ curiæ Cælestis fuerit ab Unigenito suo in Cælo Coronata, & propter hoc omnes Sancti specialem gloriam receperint.

ORATIO.

O Regina omnium Cœli Civium, precamur te, ut hanc Rosarum Coronam á nobis recipere digneris, & concede nobis Domina nostra clementissima, ut tua intercessione tale in nobis accendatur desiderium videndi te adeo gloriose coronatam, ut in animo nostro semper sit nihil aliud concupiscere & ambire.

R. Amen,

Salve Regina, *Versus, Oratio, &c. ut supra page* 19.

Digitized by Google

Litaniæ Lauretanæ.

KYRIE eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater divinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,

Ora pro nobis.

Digitized by Google

Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo Clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa Mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea.
Fœderis Arca,
Janua Cœli,
Stella matutina,

Ora pro nobis.

Digitized by Google

Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina martyrum,
Regina confessorum,
Regina virginum,
Regina Sanctorum omnium,
ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Regina Sacratissimi Rosarii,
ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. *Pater noster, &c. Et ne nos inducas, &c.*

Digitized by Google

ANTIPHONA.

Sub tuum præsidium confugimus, Sancta Dei genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa et benedicta.

V. *Angelus Domini annuntiavit Mariæ.*

R. *Quæ concepit de Spiritu Sancto.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum Spiritu tuo.*

OREMUS.

Gratiam tuam quæsumns Domine, mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nunciante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus; per Passionem ejus et

Digitized by Google

Crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

V. Exaudiat Deus Orationes et Preces nostras.
R. Amen.

Commendatio

Quotidiana.

O Domina mea Sancta Maria me in tuam benedictam fidem ac singularem custodiam et in sinum misericordiæ tuæ, hodie et quotidie, et in horâ exitus mei animam meam et corpus meum tibi commendo, omnem spem et consolationem meam, omnes angustias et miserias meas, vitam et finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessionem &

Digitized by Google

per tua merita omnia mea dirigantur et disponantur opera secundum tuam tuique Filii voluntatem. R. Amen.

Oratio ad D. Jesum, per merita S. P. Benedicti.

Pietatem tuam, Jesu mitissime, humiliter deprecor, per merita et intercessiones B. Benedicti Confessoris tui, ut cordis mei tenebras lumine cœlestis sapientiæ illustrare, mentem meam ad superna dirigere, affectiones sanctas et cor mundum in me creare, ac justa augens desideria perfecta doeens opera me, in quo sancto servitio confortare et adjuvare digneris. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia secula seculorum. R. Amen.

Digitized by Google

Orationes Quotidianæ.

Memorare O piissima Virgo Maria, non esse auditum a sæculo quemquam ad tua currentem præsidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te, Virgo Virginum mater curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto, Noli Mater Verbi, verba mea despicere sed audi propitius et exaudi Amen.

V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

OREMUS.

Famulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis

Digitized by Google

Filii tui Domini nostri intercessione salvemur, Per eumdem Christum Dominum nostrum.

OREMUS.

Deus qui animæ famuli tui Gregorii, æternæ beatitudinis præmia contulisti, concede propitius, ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur.

Excita Domine in Ecclesia tua Spiritum cui Beatus Benedictus servivit, ut eodem nos repleti studeamus amare quod amavit et opere exercere quod docuit, Per Christum Dominum nostrum.

Orationes ad libitum recitandæ.

Pro infidelibus.

Æterne rerum omnium effector Deus, memento abs te animas infidelium ad imaginem et

Digitized by Google

similitudinem tuam esse conditas. Ecce, Domine ad opprobrium nominis tui, his ipsis infernus impletur. Memento Jesum Filium tuum pro illorum salute atrocissimam subiisse necem. Noli, quæsumus Domine, ultra permittere, ut Ecclesia, Filii tui sanctissima sponsa, contemnatur, sed precibus ejusdem Ecclesiæ placatus recordare misericordiæ tuæ et oblitus infidelitatis eorum, effice ut et ipsi tandem agnoscant veram fidem Jesu Christi Domini nostri, in quo est salus, vita et resurrectio nostra, per quem salvati et liberati sumus, cui sit honor et gloria per infinita secula seculorum Amen.

Pro reparatione injuriarum Christo illatarum in Sac: Euch:

ORATIO.

Domine non secundum pec-

Digitized by Google

cata Nostra facias nobis neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos, Deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et Salutare tuum da nobis.

OREMUS.

Gementes et dolentes, super cunctis abominationibus quæ fiunt in templo sancto tuo propitius respice, misericors Deus! et pro Contumeliis quibus in Sacramento sui amoris impe-

Digitized by Google

titur Dominus Jesus, ipsum fac pro nobis esse propitiationem.

Domine Jesu, qui zelo domus Patris tuæ accensus vendentes et ementes de Templo ejicisti, eundem in nobis per tua Sacramenta zelum accende, ut et commissa in domo tua scelera plangere et committenda avertere satagamus, qui vivis et regnas in secula seculorum, Amen.

ORATIO.

Ad obtinendam bonam mortem,

Deus qui licet nos morti destinatos ejus tamen diem et horam nesciri voluisti, ut in sanctitate et justitia coram te omnibus diebus nostris servientes, tandem in pace dimitti et in te mori mereamur;

Digitized by Google

Quæsumus clementiam tuam, omnipotens Deus ut contra famulos tua virtute Sacramentorum confirmatos in hora mortis non prævaleat adversarius sed cum Sanctis tuis transitum habere mereamur ad vitam.

Maria, Mater gratiæ Mater Misericordiæ tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe, Per te, Virgo sim semper defensus, et quando corpus moriatur fac ut anima donetur paradisi Gloria Amen.

Pro Sodalitate.

Deus refugium noster et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis et præsta ut quod fidiliter petimus efficaciter consequamur.

Deus omnis boni propositi inspirator atque perfector, dirige famulos tuos in viam salutis

Digitized by Google

æternæ et qui tibi se totos devoverunt, cœlestia cogitantes in cordis humilitate et fervore, tibi deservire.

Servis tuis, Domine, congregatis in nomine tuo inter humanæ fragilitàtis incerta tribue constantem in proposito perseverantiam,et de uno pane participantes da, unanimes considerare invicem in provocationem charitatis et bonorum operum,ut eorum sancta conversatione Christi bonus odor ubique diffundatur Per eundem Dom.

Oratio pro Parentibus et Consanguineis.

Deus qui nos parentibus honorare voluisti et pro eorum incolumitate exorare; da quæso parentibus nostris omnibusque fratribus,sororibus, consanguineis et affinibus salutem et pa-

Digitized by Google

cem;conserva eos in tuæ sanctæ religionis amore; ne reminiscaris delicta eorum, neque de iis sumas vindictam. Uberem ipsis largire gratiam et benedictionem ut quæ tuo sunt nomini inimica respuentes,propitium te, omnium Pater! semper experiantur et sentiant, Per Christum Dominum Nostrum.

Oratio pro Amicis.

Deus qui Charitatis dona, per gratiam Sancti Spiritus Fidelium cordibus infudisti, da famulis tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis et corporis ut te tota virtute diligant,et quæ tibi sunt placita tota delectione perficiant.

Or: Pro Benefactoribus.

Famulis tuis, Domine qui-

Digitized by Google

bus dedisti in nos Charitatem concede quæsumus indulgentiam peccatorum, consolationem vitæ, gubernationemque perpetuam, qua tibi fideliter servientes, ad tuam jugiter misericordiam pervenire mereantur, Per Christum Dom. Nost.

Pro Collegio.

Omnipotens sempiterne Deus cujus spiritu totum Ecclesiæ corpus sanctificatur et regitur, exaudi nos, pro Collegio Nostro supplicantes, ut gratiæ tuæ munere ab omnibus in illo habitantibus tibi fideliter serviatur.

Pro Conversione peccatoris.

Deus qui non vis mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat, salutaris pœnitentiæ gratiam per oblationem Filii tui, concede, ut

Digitized by Google

ad te toto corde conversus, salutem consequatur Æternam.

Domine Jesu Christi, pastor bone, qui proprio pascis corpore, quos tuo redemisti sanguine, errantem ovem ad tuam reporta ovile, et pascuis redde dignam sempiteris.

Ad obtinendum divinum auxilium tempore Tentationis.

ORATIO.

Fidelis Deus qui non pateris nos tentari supra id quod possumus, Majestatem tuam humiliter deprecamur, ut de tua misericordia confidentes cœlesti munias benignus auxilio et assidua protectione conserves, ut tibi jugiter famulemur et nullis tentationibus separemur.

PRO OBTINENDA CASTITATE.

Per Sanctam Virginitatem

Digitized by Google

et immaculatam Conceptionem tuam, purissima Virgo Maria emunda cor meum et carnem meam.

Cordibus nostris quæsumus Domine gratiam tuam benignus infunde; et intercedente Sanctissima Dei genitrice Maria, corpora nostra castitate et mentes nostras humilitare et charitate sanctifica.

Ad S. Angelum Custodem.

O Angele Dei qui mei custos es, me tibi commissum pietate superna (hodie vel hac nocte) illumina, custodi et guberna, et in hora mortis protege.

V. Angelis suis mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

OREMUS,

Omnipotens sempiterne Deus,

Digitized by Google

qui me licet indignum ad imaginem tuam creasti, et Angelum tuum sanctum ad mei custodiam deputasti, da mihi servo tuo, illius ductu et custodia, malorum omnium tam animæ quam corporis, pericula feliciter pertransire et post hujus vitæ cursum, cum illo ad æterna gaudia pervenire P.E.D.N.

Oratio ad Patronum Mensis.

Patrone dulcissime, Sancte N. sub tua protectione me suscipe; a cunctis mentis et corporis defende periculis et divini amoris ignem in corde meo accende.

V. Ora pro nobis Sancte N.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Concede propitius Domine,

Digitized by Google

ut intercessione beati hujus, quem Patronum hoc mense de tua benignitate suscepi, ego et omnes parentes, amici et inimici mei, præsens gratiæ tuæ auxilium sentiamus et ejusdem gratiæ munitus auxilio, virtutem quam suo docuit exemplo valeam exercere, P, E. D. N. Amen.

Pro Anniversario Suscepti Baptismi.

Deus misericors, filiis adoptionis tuæ ignosce quicquid adversus divinam illam deliquimus adoptionem et spiritum sanctificationis, quem in sacro Fonte cordibus mortuis infudisti, innova in visceribus nostris ut aspersi corda á conscientia mala, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.

Digitized by Google

Oblatio sui ad B. V.

A Sodali noviter electo facienda

Sancta Maria! Mater Dei et Virgo ego licet indignus qui serviam tibi, attamen de Materni cordis tui clementia confisus, eligo te, hodie, coram tota cœlesti Curia in meam Patronam peculiarem advocatum, Matrem, firmiterque propono deinceps tibi et Filio tuo servire velle, regulisque Sodalitatis tuo honori dicatæ fideliter obedire et adhærere promitto.

Obsecro te Mater sacratissima per amorem quo Filius tuus jam in Cruce moriturus semetipsum Patri, te vero Discipulo suo, et hunc vicissim tibi commendavit, ut me suscipias in curam et tutelam tuam, et adsis mihi in omnibus periculis et angustiis totius vitæ meæ, sed præcipue in hora mortis. Amen.

Digitized by Google

Visitandi S. S. Sacramentum

PRAXIS.

Salutatio S. S. Sacramenti.

Ave Salus mundi, Hostia sacra, verus Deus, verus Homo, Corpus Domini nostri Jesu Christi. Qui me formásti de limo terræ, tu miserere mei peccatoris.

Invocatio Sti: Spiritus.

Veni, Sancte Spiritus,
Et èmitte cœlitus:
Lucis tuæ radium.
Veni Pater pauperum,
Veni dator munerum,
Veni lumen Cordium.
Consolator optime,
Dulcis Hospes animæ,
Dulce refrigerium,
In labore requies;
In æstu temperies,
In fletu solatium.

Digitized by Google

O lux beatissima,
Reple cordis intima,
Tuorum Fidelium.
Sine tuo numine.
Nihil est in homine,
Nihil est innoxium;
Lava quod est sordidum,
Riga quod est aridum.
Sana quod est saucium,
Flecte quod est rigidum;
Fove quod est frigidum,
Rege quod est devium.
Da tuis Fidelibus,
In te confitentibus,
Sacrum Septenarium,
Da virtutis meritum.
Da Salutis exitum,
Da perenne gaudium. Amen.

V. Emitte Spiritum tuum et Creabuntur.

R. Et renovabis faciem terræ.

Digitized by Google

OREMUS.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

DOMINICA.

ADORATIO. O dulcissime Salvator, Christe Jesu, adoro te in toto corde meo, gratias ago tibi ex intimis viceribus animæ meæ, quod, tantâ charitate, nos misere perditos, redimeris pretio sanguinis tui et in hujus amoris tui memoriam, necnon in pignus futuræ gloriæ tam admirabili potentia, Sapientia, et bonitate, dederis nobis, in cibum et potum, ipsum corpus et sanguinem tuum.

ACTUM ELICE CONTRITIONIS. Sacrificium Spiritus contribulati, una cum sacrificio,

Digitized by Google

et Sacramento Corporis et sanguinis Filii tui, Salvatoris mei, tibi humiliter offero Domine meus. Doleo, enim ex intimo corde, quod te Deum meum, summe Bonum, & in me tam beneficum ac toties in Sacramento me reficientem, unquam offenderim peccatis meis, præsertim talibus, N. et N. quæ tu nosti, O Scrutator Cordium! Sed cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies, tu qui, amore nostri, dedisti nobis Unigenitum tuum, ut nos lavaret a peccatis nostris in sanguine suo.

EXERCE ACTUM FIDEI. Equidem credo firmiter, O bone Jesu, et, viva fide, confiteor quia tu ipse Deo Patri æqualis, verus Deus et Homo, vere et realiter, præsens es in hoc Sacramento. Tu, enim, ve-

Digitized by Google

ritas ipsa, dixisti, "Hoc est corpus meum".

Credo quidquid dixit Dei Filius; nihil, hoc verbo Veritatis, verius. Adjuva Domine incredulitatem meam, adauge mihi fidem

EXERCE SPEM. O Christe Jesu! sum quidem ego Peccator, tu vero, Pater es Misericordiarum, et Deus totius consolationis. Tu laborantes et oneratos vocas ut eos reficias. Vitæ æternæ verba habes. Ecce, Domine. ad te venio, æger, et infirmus; tu es salus mea in te confidens, sanabor ab infirmitatibus meis.

EXERCE CHARITATEM. O Dulcissime Salvator, Christe Jesu, quanta fecit tui amoris vis, quæ te traxit é sinu Patris, in hanc lacrymarum vallem, ut humanam carnem assumeris

Digitized by Google

infinitas miserias, crucem mortemque innocens subires et propter nostram salutem! O Domine, quantùm dignus es amore, qui tanta facis amore nostri! Diligam. itaque, te, Domine, liberator meus. Cupio tibi uniri semper amoris vinculo. Utinam nec mors nec vita nec ulla sors valeat me separare a charitate Christi, Salvatoris mei.

Piis affec: Sp: Comm: indulge

OBLATIO. O Domine quia ego Servus tuus abrenuncio Satanæ, et omnibus operibus ejus, et omnibus pompis ejus; Tu solus Deus cordis mei, et pars mea in æternum. Suscipe ergo universam libertatem meam, accipe memoriam, intellectum, et voluntatem omnem; Quicquid habeo, mihi

Digitized by Google

largitus es, tuæ voluntati trado gubernandum.

Pro Conversione Peccatorum; Pag. 46.

Reparatio Sacrilegiorum; *Pag.* 41.

Ad B. M. V. Maria, Mater Gratiæ, mater misericordiæ tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe.

AD SANCTOS. O Sancti Dei omnes! adeste mihi precibus meritisque vestris, ut in fortitudine cibi cœlestis ambulem ad montem Dei ibique vobiscum gaudeam per omnia secula. Amen.

CONCLUSIO. Anima Christi, sanctifica me; Corpus Christi salva me. O bone Jesu exaudi me, ne, permittas me unquam separari a te, ab hoste maligno defende me; in hora mortis meæ voca me et jube me venire ad

Digitized by Google

te, ut cum sanctis tuis laudem te in secula seculorum. Amen,

FERIA 2a

SALUTATIO S. S. SACRAMENTI *Page*. 62.

INVOCATIO S. SPIRITUS *Pag*. 52.

ADORATIO. Clementissime Pater! qui sic dilexisti me ut Unigenitum tuum mihi dares in pretium et cibum, et cum eo omnia, te ex toto corde adoro. Complaceat tibi, Pater, hodie in illo ac per eum indignationem tuam avertas a me.

ACTUS CONTRITIONIS. Domine Deus meus propitius esto mihi peccatori. Pœnitet me peccasse; cupio emendare quod feci. Aufer a me, quaeso, omnes iniquitates meas, qui Bonus et Sanctus es.

ACTUS FIDEI. Domine Jesu Christe! qui es Sacerdos in æternum, quique dixisti:

Digitized by Google

Caro mea vere est cibus et Sanguis meus vere est potus, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei Vivi, qui in hunc mundum venisti et in hoc Sacramento præsens redderis. Adauge mihi fidem.

ACTUS SPEI. In te solo spem meam colloco, dulcissime Jesu, quia tu salus et virtus mea, tu fons omnium bonorum. Miserere mei et salva me qui nunquam deseris sperantes in te

ACTUS CHARITATIS. O quanta vis amoris cor tuum succendit amantissime Jesu! cum transiturus de hoc mundo ad Patrem mensam parasti nobis habentem omne delectamentum! Pro hac tua ineffabili benignitate, amo te, Deus meus, et ut nunqnam cessem amare te, amorem meum te ipso inflamma, qui pabulum amoris es;

Digitized by Google

Piis affectibus Sp. Comm. indulge

ORA B. V. M. O Mater Domini mei Jesu Christe! Virgo Maria! quæ eundem Creatorem omnium Creaturarum fuisti digna portare cujus sacratissimum corpus toties sumpsi, ad ipsum pro me miscro peccatore intercedere digneris ut quidquid ignoranter, negligenter, irreverenter in Sacramento sui amoris feci, tuis precibus sanctissimis indulgere dignetur qui Vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

ORA SANCTOS. O Sancti Dei omnes, qui in carne Viventes, sic Domino servistis, ut cum ipso sine fine regnetis; adeste mihi quæso, precibus meritisque vestris ut Panis Eucharistiæ cœlestis, mihi contra omnes infirmitates, pericula et

Digitized by Google

insidias præstet robur et tutâmen, ut et fortitudine cibi illius ambulem usque ad montem Deĭ. Amen.

CONCLUSIO.

Anima Christi, sanctifica me; Corpus Christi salva me; sanguis Christi inebria me; Aqua lateris Christi lava me: Passio Christi, conforta me. O bone Jesu exaudi me; intra vulnera tua absconde me, ne permittas me separari a te; ab hoste maligno defende me, in hora mortis meæ voca me et jube me venire ad te; ut cum Sanctis tuis landem te in secula seculorum. Amen.

FERIA TERTIA.

SALUTATIO S. S. SACRAMENTI INVOCATIO S. SPIRITUS *pag.* 52.

GRATUS ADORA. O dulcissime Salvator, Christe Jesu! adoro te in toto corde meo,

Digitized by Google

gratias ago tibi quod tanta caritate nos misere perditos redemeris pretio Sanguinis tui, et in hujus amoris tui memoriam necnon in pignus futuræ gloriæ, tam admirabili potentia sapientia et bonitate dederis nobis in cibum et potum, ipsum Corpus et Sanguinem tuum.

DOLE DE PECCATIS. Eheu! Infelix ego, qui hactenus tam indignus bonitate tua vixi, et toties et tam graviter te Deum meum offendi peccatis meis præsertim his. N. N. Nunc vero de iis doleo, ex intimo corde meo, ob amorem tui super omnia; et deinceps tibi soli servire, placere et adhærere propono.

CREDE. Corde credo, mi Jesu, et ore confiteor, quia Pater æternus, secundum suam infinitam misericordiam sic dil-

Digitized by Google

exit mundum, ut te Filium suum unigenitum nobis daret Salvatorem. Credo quoque quod tu ipse, Patri æqualis per omnia ex vi immensæ caritatis tuæ propter nostram salutem Homo factus es. Credo quod ex amore nostri, Sacramentum tui Corporis et Sanguinis in ultima Cœna instituisti, et denique Patri tuo factus obediens usque ad mortem temetipsum pro nobis hostiam in Ara Crucis obtulisti.

SPERA. Ideoque spero in te et magna fiducia tua venio ad te O Domine! qui nostra causa tam mira facere et tam dira pati voluisti. Quid enim negabis qui sic amasti ut teipsum dares!

AMA. Et quidem amo te O bone Jesu! ex tota virtute cordis mei et gratia tua, in æternum te amabo.

Digitized by Google

Piis affectibus Sp: Comm: indulge.

PRECARE. O JesuCreator meus! cor mundum crea in me Deus et spiritum rectum in visceribus meis. Opiissime Jesu, Fili Mariæ Virginis infunde in me gratiam, sapientiam, charitatem, castitatem, humilitatem, ut possim te perfecte diligere, te laudare, te perfrui, tibi servire et in te gloriari nunc et in perpetuum. Amen.

Adjuva me Domine, in sancto proposito meo, promissionum mearum ne unquam sinas me oblivisci. Sit mihi sacratissimum Sacramentum tuum contra omnium peccatorum meorum vulnera efficacissimum medicamentum, ac omnis gratiæ et virtutis complementum; sit contra omnia pericula et mala

Digitized by Google

validissimum tutamentum, æternæque beatitudinis solidissimum fulcimentum. Amen.

ORA B. V. M. Per te accessum habeamus ad Filium O Benedicta Virgo Maria! et per te nos suscipiat qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ conceptionis: et humilitas tua Deo tam grata, nostræ veniam impetret vanitati et superbiæ, Domina nostra et Advocata! per Gratiam quam invenisti, per prærogativam quam meruisti, ut qui te mediante, fieri dignatus est particeps infirmitatis et miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ et beatitudinis suæ, Jesus Christus, Filius tuus Dominus noster qui est super omnia, benedictus in secula. Amen.

Digitized by Google

ORA SANCTOS. Omnes Sancti et Sanctæ Dei, vos præsertim Patroni et Protectores mei, vestris intercessionibus mihi impetrate, ut vestra semper vestigia sequar ut tandem plenus meritis ad vestrum merear consortium pervenire.

Oratio ad libitum.

CONCLUSIO. Recedo a te modicum Domine Jesu, sed non sine te, consolatio et felicitas animæ meæ; amantissimo cordi tuo parentes, amicos, inimicos, memetipsum cum sodalibus humillime commendo. Ama nos Domine, et transforma quam simillime in te. Totus occuper in te et propter te; nihilque sit objectum verborum, nihil actionum nisi tu, amor meus, qui vivis et regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Digitized by Google

Feria Quarta

SALUTATIO S. S. SACRAMENTI. *pag.* 62.

Invocatio S. Spiritus. pag. 52.

ACTUS VIRTUTUM. Credo, Domine, in te prima veritas propter infinitam auctoritatem tuam. Adoro te propter mirabilem excellentiam tuam. Spero in te propter immensam misericordiam tuam Amo te propter summam bonitatem tuam. Confundor, et erubesco quod, te derelicto, exigua et apparentia bona quæsierim. Doleo de peccatis meis, propter te Domine Deus meus, quem super omnia diligo, et paratus tibi in hac vita satisfacere, propono, te adjuvante, plenam et perfectam emendationem. Tibi gratias ago pro universis, quibus me cumulare non cessas, beneficiis.

Digitized by Google

Quidquid habeo vel possideo, id tibi totum restituo, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum. Omnibus, qui me offenderunt, toto corde ignosco propter amorem tuum. Rogo te per sanctissimam Filii tui passionem, miserere animæ meæ in ingressu suo; et perduc eam, omnibus sacramentis munitam, in vitam æternam. Amen.

Piis affectibus Sp: Comm: indulge.

GRATIAS AGE. Gratias ago tibi, benigne benefactor animæ meæ, quod toties me dignum cœlestium tuorum et immortalium Mysteriorum participem fecisti. Quid retribuam tibi, pro omnibus beneficiis tuis? Ecce iterum adsto ante te, infirmus accedo ad me-

Digitized by Google

dicum vitæ, pauper et egenus ad Dominum cœli et terræ.

PRECARE. Rogo immensæ largitatis tuæ abundantiam quatenus meam curare infirmitatem, ditare paupertatem digneris ut panem Angelorum, etiam te Rex Regum, semper suscipiam tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione ut corpori tuo mystico merear incorporari, et inter tua membra connumerari. Pater amantissime! concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum suscipio et amplector, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio ad libitum.

AD B. V. M. O Mater

Digitized by Google

pietatis et misericordiæ beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu, et precor pietatem tuam, ut sicut dulcissimo Filii tuo in cruce pendenti adstitisti, ita et mihi misero peccatori, et Sodalibus meis semper clementer assistere digneris, ut tua gratia adjuti, preces dignas et acceptabiles summæ et individuæ Trinitatis offerere valeamus. Amen.

AD SANCTOS. O Sancti Sanctæque Dei omnes, beati etiam Spiritus Angelici quos Deus vultu suo lætificat, orare pro me non dedignemini. Saluto et veneror vos, sincerasque Domino gratias ago qui vos elegit et suis benedictionibus prævenit. Impetrate mihi veniam, impetrate gratiam, et

Digitized by Google

perfectam Dei unionem Amen.

CONCLUSIO. Deus cujus misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Feria Quinta,

SALUTATIO S. S. SACRAMENTI. *pag.* 62.

Invocatio S. Spiritus. pag. 52.

ADMIRA ET LAUDA.

Audivi vocem tuam, Domine; venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos, tu vis esse mecum, quam mirabiliter agis

Digitized by Google

mecum! quam suaviter et gratiose cum electis tuis disponis, quibus temetipsum in Sacramento sumendum proponis! Lætare anima mea, et gratias age Deo, pro tam nobili munere et solatio singulari, in hac lacrymarum valle tibi relicto. Terrent me tamen Domine delicta propria, et ad capienda tanta mysteria me reverberat impura conscientia. Quis ego sum, Domine, ut ad te præsumam accedere? Provocat me dulcedo verborum tuorum, sed onerat me multitudo vitiorum meorum.

CONTRITIO. Peccavi, Domine, peccavi; miserere mei, ignosce mihi. Quid possum agere pro peccatis meis, nisi humiliter ea confitendo et tuam propitiationem ardenter deprecando? Deprecor te, exaudi

Digitized by Google

me propitius, Deus meus. Omnia peccata mea mihi maxime displicent; nolo ea unquam perpetrare; pro eis doleo. Dimitte mihi peccata propter nomen Sanctum tuum.

FIDES. Credo et confiteor quia tu præsens es in altaris Sacramento, Deus meus, Creator omnium. Quidquid intelligere non valeo, tibi, Deo omnipotenti secure commendo, non fallis me, Deus meus. O quam admirabilis operatio tua Domine, quam ineffabilis veritas tua!

SPES. Super bonitate tua, et magna misericordia tua, Domine, confisus, accedo esuriens et sitiens ad panem cœlestem et fontem vitæ, sperans quod mihi conferatur spiritualis gratia, et in anima mea per peccatum deformata redibit pulchri-

Digitized by Google

tudo, cor meum et corpus fiet immaculatum.

CARITAS. O Dilecte Jesu mi! da pro te omnia derelinquere, et te solum super omnia amare. Purifica et vivifica spiritum meum, qui tecum uniri desiderat, noli avertere faciem tuam a me, noli consolationem tuam abstrahere. Veni, Domine, veni ad pauperculum tuum et lætam fac animam servi tui.

Piis aff: Sp: Comm; indulge.

OBLATIO. O Domine, rogo te in simplicitate cordis mei, suscipe me in servum perpetuum, in obsequium et sacrificium laudis; suscipe me cum illa Sanctissima sui ipsius oblatione quam Jesus Salvator noster obtulit et offert pro me et pro cuncto populo suo in salutem.

Digitized by Google

PETITIO. Præsta Domine Deus, ut cum frequentatione Mysterii crescat meæ devotionis affectus. Salva animam quam pretioso sanguine tuo redemisti. Intuere quoque, benignissime Jesu, pia desideria parentum, amicorum, et omnium qui nobis propter amorem tuum benefecerunt, quive orationes nostras petierunt, sive in carne adhuc vivant sive jam seculo defuncti; ut omnes auxilium tuum sentiant, et læti gratias tibi persolvant.

Offero etiam tibi preces, pro illis qui me in aliquo læserunt; pro his omnibus quos aliquando contristavi, quibus gravamen vel scandalum præbui scienter aut ignoranter ut nobis omnibus pariter indulgeas peccata nostra, et mutuas offensiones.

REPARATIO. O Jesu pa-

Digitized by Google

tientissime! qui innumeris contumeliis in Sacramento tui amoris afficeris, detestor et abominor ex toto corde meo, omnes illas tibi illatas a peccatoribus injurias. Obsecro te per ineffabilem sacratissimi tui Cordis caritatem, ut pro illis sis apud omnipotentem Patrem tuum, propitiatio. Accende in me O Jesu! zelum urentem ut et commissa sacrilegia plangere, et committenda avertere satagam.

AD B. M. V. Me tibi commendo, Mater Dei sanctissima! précorque ut pro me apud Filium intercedas; fac meritis tuis ut ab omni peccato tuear impollutus. Tanto Redemptori nunquam me ingratum exhibeam, sed fidelem in omnibus servum ac ministrum. Amen.

Digitized by Google

AD SANCTOS. Felices Sancti! jam de vestra gloria securi, soliciti de mea miseria estote. Gratiam impetrate virtutes vestras imitandi; ut vestris suffragiis adjutus, particeps fiam vestri gaudii et coronæ. Amen.

CONCLUSIO. Nunc dimittis, Domine Jesu, servum tuum in pace; ne elongeris a me Deus meus: in auxilium meum respice, quoniam in me insurgent tentationes. Protege, Domine, animam servuli tui, ac comitante tua gratia, dirige per viam pacis ad Patriam perpetuæ claritatis. Amen.

Feria Sexta

SALUTATIO S.S.SACRAMENTI. *pag.* 62.
Invocatio S. Spiritus. pag. 52.

POSTULATIO GRATIÆ. Deus, qui pro redemptione

Digitized by Google

mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judæis reprobari, a Juda proditori osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad cædem duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundini percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari. Tu, Domine, per has sanctissimas pœnas tuas quas ego indignus recolo, et per sanctam Crucem, et Mortem tuam, libera me a peccatis meis, ut sancte et acceptabiliter tibi serviam. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in secula seculorum. Amen.

Digitized by Google

CONTRITIO. O dulcissime Deus, Creator ac Salvator meus, doleo ex intimo corde, quod unquam offenderim te Dominum ac Deum meum, te quem amare debeo super omnia, quia, et super omnia bonus es, et plurima mihi bona tribuisti: et eheu! infelix et ingratus ego peccator, non retribui, nisi mala pro bonis.

Verum propitius esto peccatis meis, Domine; nunc enim firmiter statuo, ac propono non amplius te offendere, omnesque peccandi occasiones fugere.

ACTUS VIRTUTUM. O Sapientia infinita! O æterna Veritas; Bonitas immensa! quæ nec falli, nec fallere potes; et credo tibi in omnibus quæ revelasti, et per Ecclesiam mihi credenda proponis. Imprimis vero, credo te in sanctissimo

Digitized by Google

hoc Sacramento esse præsentem, prout apertis verbis asseruisti, quibus plus tribuo quam ingenio meo, omnibusque sensibus. Pro hac fide, per tuam gratiam mori sum paratus.

Spero in te O bonitas infinita! teque per inexhaustam misericordiam, tuam veniam, gratiam et gloriam mihi promissam daturum confido.

Amo te et amabo te, et omnia quæ tu amas, propter te, O fons infinite omnis boni; quia tu omni amore dignus es.

Piis affectibus Sp. Comm. indulge.

ACTUS AMORIS. O Deus! ego amo te: nec amo te, ut salves me, aut quia non amantes te æterno punis igne. Tu, tu mi Jesu! totum me amplexus

Digitized by Google

es in cruce; tulisti clavos, lanceam, multamque ignominiam, innumeros dolores, sudores et angores, ac mortem; et hæc, propter me! ac pro me peccatore. Cur igitur non amem te, O Jesu amantissime? non ut in cœlo salves me, aut ne in æternum damnes me, nec præmii illius spe; sed sicut tu amasti me, sic amo et amabo te, solùm quia Rex meus es, et solùm quia Deus es.

Oratio ad libitum.

AD B, M. V. Obsecro te Mater sacratissima, per amorem quo Filius tuus, jam moriturus in cruce, semetipsum Patri suo, te vero Discipulo suo, et hunc vicissim tibi commendavit, ut me suscipias in curam et tutelam tuam, et adsis mihi in omnibus periculis et angustiis

Digitized by Google

totius vitæ meæ; sed præcipue in hora mortis. Amen.

AD OMNES SANCTOS.

Omnes Sancti et Sanctæ Dei, qui beatifica jam visione aspicitis, honoratis et adoratis, quem nos hic interim, non nisi sub speciebus, et quasi in ænigmate videmus, orate pro me, ut per salutiferum hujus sacramenti usum, vestro simul dignus consortio inveniri merear.

CONCLUSIO. Mane in me, benignissime Jesu: esto tutamen et continua salus animæ et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a præsentia potentiæ tuæ; ut foris et intus per te munitus, recto tramite ad regnum tuum perveniam. Amen.

Digitized by Google

Sabbato.

SALUTATIO S. S. SACRAMENTI. *pag.* 62.

INVOCATIO S. SPIRITUS. *pag.* 52.

ADORATIO.

O Deus trine in Personis, et unus in Essentia, et tu Domine Jesu Christe, verus Deus et homo, ex toto corde te adoro; confiteor te esse meum verum et unicum creatorem, Salvatorem, et meum ultimum finem, et quia adoratio mea nimis exigua et debilis est, tibi offero excellentes illas adorationes quas continuo tibi persolvit tua sanctissima Humanitas, et tua gloriosissima Genetrix Virgo Maria, totaque curia cœlestis, ac sancta Ecclesia catholica, tua delecta sponsa. S. Franciscus Salesius.

AD D. N. J. C. Accende,

Digitized by Google

O Jesu igne amoris tui cor meum, quod tibi offero, omnesque terreni amoris affectus extingue; ut nihil in mundo mihi placeat præter te. In amore tui vivere cupio,et mori exopto. Vota tua mi Jesu, hæc sunt; Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos; et expansis in cruce manibus me expectas. En venio, O Jesu! admitte me, obsecro,et concede,ut in amoris tui complexu, tibi semper conjunctus, permaneam,

CONTRITIO. O Domine infinite sapiens bone et potens, ex toto corde doleo, et super omnia detestor omnia peccata mea mortalia et venialia, quæ unquam cogitatione, Verbo, et opere, a primo instanti, quo usum rationis habui, usque ad præsentem horam commisi,nun-

Digitized by Google

quam Domine adjuvante tua gratia te amplius offendam.

Piis aff. Sp. Comm. indulge.

GRATIAS AGE. O dulcedo cordis mei, et vita animæ meæ et jucunda requies spiritus mei, dulcis Jesu! immortales tibi ago gratias pro omnibus beneficiis mihi collatis; signanter vero quia toties me dignum fecisti vero et immaculato corpore et sanguine tuo cibari et nutriri. Vere dicere audeo: Cibus meus Christus, et ego ejus. Uni me ergo tibi intime et totum transforma ac transmuta in te. Salva me Jesu Christe! cunctam a me depelle nequitiam per tuam innocentissimam Passionem. Oro itidem ut digneris gratias et indulgentias his precibus acquirendas concedere tam mihi, quam aliis

Digitized by Google

vivis et defunctis quibus applicare eas proposui. *Pater Noster. Ave Maria.*

Oratio ad libitum.

AD B. V. M. Castissima Virgo Maria! Rogo te per illam tuam puritatem qua Deo placuisti, ut tuis precibus ab omni macula merear emundari. Humillima Virgo! Rogo te per profundissimam illam humilitatem, qua super omnes choros Angelorum et Sanctorum, meruisti exaltari, ut tuis precibus suppleantur omnes negligentiæ meæ.

AD SANCTOS. O vos omnes Sancti et Sanctæ Dei, respicite in me peccatorem. Vestris supplicationibus succurite mihi ut Sacramentum Christi amoris viva fide, ferventi caritate et plena devotione semper co-

Digitized by Google

lam, perque ejus continuum usum, vestro dignus consortio tandem inveniar. Amen.

CONCLUSIO. Adjuvet nos gratia tua, omnipotens Deus ut digne et devote tibi cum omni puritate et in conscientia bona famulari valeamus. Et si non possumus in tanta innocentia vitæ conversari ut debemus; concede nobis tam dignè flere mala quæ gessimus, ut in spiritu humilitatis ac bonæ voluntatis proposito, tibi ferventius deservire valeamus. Amen.

Forma Brevior,

Visit. S. S. Sacramentum:

et

Spiritualis Coumunionis.

In hoc, Spiritualis Communio posita est, ut peccata tua

Digitized by Google

detestans, reverenter et humiliter invites Christum Dominum ad possidendum Cor tuum, juxta ac si sanctissimum ejus Corpus, exciperes.

O Jesu! Utinam te infinite amabilem nunquam offendissem; doleo de omnibus peccatis meis paratus ea expiare propter te Deus meus et omnia! Heu, quod unquam te offendi!

Veni, veni Dilecte mi; Spes mea et omnia. Posside cor meum, conforma illud voluntati tuæ ut idem velim, idem nolim tecum nunc et semper.

Tunc quasi vere communicasses Christum velut præsentem animo complectere. Dic.

O Jesu quam bonus es, et fuisti huc usque erga me! Agnosco, et omni affectu gratias ago,

Digitized by Google

Quam ingratus ego erga te! Doleo, mi Jesu ignosce. Ex hoc momento amo te, et quidquid amas propter te. Da gratiam emendandi omnia, etiam minima peccata maxime hoc N. et in amore et gratia tua perseverandi in Æternum. O Jesu fiat, fiat.

Monita

Ad Sodales.

1. Examinate sæpius utrum aliis sitis exemplum in caritate, in fide, in verbo, in conversatione, in castitate.

2. Quotidie aliquod tempus mentali orationi et spiritualium lectioni ferventer impendite.

3. Regulas Sodalitatis, reverenter observate.

Digitized by Google

4. S. S. Missæ Sacrificio si fieri potest quotidie assistite, in spiritu humilitatis, et animis contritis.

5. Pro conservanda animi puritate, Confessionem ultra mensem ne differatis, ad S. Eucharistiam juxta beneplacitum Confessoris animos piissime præparate.

6. Quovis Mense diem, quovis anno tempus, pro spiritualibus exercitiis eligite.

7. Societatem dissolutorum omnino fugite; familiaritates et conversationes periculosas, vitate.

8. Ubi opportunitas sinet quotidie cum gaudio S. S. Sacramentum visitate, si id fieri non potest preces saltem solitas recitate.

Digitized by Google

9. Sacerdotes Dei altissimi semper et ubique habete in honorem.

10. Studiis vestris Deo dicatis, magno cum ardore impendite vos.

11. Sub actionibus diurnis mentem Deo levate.

12. Mariam Dei genitricem ferventer colite, Angelorum vestri Custodum memores estote.

13. In gravioris momenti deliberationibus, invocato Deo, Confessarii vel alterius prudentis consilia postulate et animo simplici perpendite.

Digitized by Google

Appindix

Modus deliberandi de vitæ statu eligendo.

Præcipua axiomata, quæ de statu vitæ deliberanti impressa esse debent.

1. Præ omnibus obsequar inspiranti Deo. *Sapiens in corde est potens robore; quis restitit ei, et pacem habuit? Job.9.*

2. Inspirat Deus, quæ magis sunt secundum voluntatem ejus.

3, Voluntas Dei est salus, et sanctificatio nostra; nec tantum qualiscumque; sed certior et abundantior. 1. Thess. 4.

4. *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? (Matth. 16.)*

Digitized by Google

ALIA HABEAT ET SE PERDAT!

5. Quid prodest in hujus vitæ momento delectari, et honorari, si probrose cruciandus, sum damnandus in æternitates infinitas?

6. Præ oculis habere debeo judicium Dei, et nihili facere, quidquid obmurmurent, aut contra sentiant homines. Nonne bene agitur mecum, si aliis displicens, placeo angelis et Deo? Quam multi avari, dummodo vilis pecuniæ tantillum lucrifaciant, nihil ducunt, quod vulgi odium irritent, et hominum fabula sint.

7, Ad æterna creatus sum.

Quid quisque a se sciscitari sincere, et coram Deo debeat.

1. Horum statuum quem putem esse Deo gratiorem?

Digitized by Google

2. Quem animæ meæ, et proximorum saluti securiorem, et utiliorem ?

3. Quando mors mihi imminebit, quo in statu vixisse me mallem ?

4. Quo in statu faciliorem me rationem Deo redditurum spero ?

5. Cum nihil sit vitâ Christi, et Sanctorum beatius, quo in statu similior illis fiam ?

6. Si amo te bone Jesu crucifixe ; nihilne amori tanto rependam ? In quo ergo statu, me tuum tibi redonabo perfectius ?

De usu et intellectu horum age cum perito Directore.

Fili sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebit. Eccles. 32.

Digitized by Google

Orationes pro salutari vitæ statu eligendo.

AD DEUM:

O Deus æterne, qui cuncta gubernas, disponis, et moderaris, invoco paternam pietatem tuam, et peto ut locum et statum mihi provideas, ubi congruenter ad tuam gloriam, et ad meam salutem tibi famulari valeam: per Christum Dominum nostrum.

Ad B. Virginem Mariam.

O Pulcherrima, misericordissimaque Dei mater, ac Virgo Maria, post Deum, unica spes, Oro te per clementissimum cor tuum, ut me in Filium tuum suscipias; mei curam nunc, et in omni tempore habeas, ab omni mortali peccato me hodie, totaque vita mea protegas, ac liberes; donum castitatis,

Digitized by Google

omnesque virtutes, quibus Filio tuo Domino nostro Jesu Christo placuisti, mihi impetres; et me ad statum vitæ Filio tuo, et tibi gratissimum, mihique saluberrimum dirigas. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria, memento quæso mei nunc et in hora mortis meæ. Amen

Piæ aspirationes pro divina voluntate cognoscenda.

Loquere, Domine, quia audit servus tuus. 1. *Reg.* 3.

Domine quid me vis facere? *Act.* 9.

Vias tuas Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. *Ps.* 24.

Paratum cor meum, Domine, paratum cor meum; tantum voca me, et sequar quocunque

Digitized by Google

vocaveris. O utinam! amantissime Jesu, O utinam scirem, qua mihi eundum esset!

Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas! *Ps.* 118.

Deduc me, Domine, in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui. *Ps.* 118.

Ecce me, Domine, ecce me paratum ad omnem nutum tuum.

Quid eligam ignoro, tuam unius expecto voluntatem. Est via non raro quæ videtur homini recta, et novissima, Eheu! ducunt ad mortem; mortem sempiternam!

Ideo rogo te Domine, ex intimo cordis affectu, dirigere me digneris in viam bonam, qua scis me perventurum ad finem optatum, et portam peregrinationis hujus.

Digitized by Google

Oblatio sui ad quemlibet statum.

O DOMINE, Deus meus, quamcunque viam mihi ostenderis, eligam. Etiamsi difficilis sit, tu potens es; etiamsi humilis sit, tu sapiens es; et si laboriosa, tu bonus es. Nemo potest venire post te, Domine Jesu, nisi qui tollat crucem suam; impone mihi eam, quæ placeat majestati tuæ. Tu es enim Dominus, nos servi; tu pater, nos filii; tu rex, nos subditi; tu denique pastor es, et nos oves. Fac quæso, ut audiam vocem tuam, et cognoscam eam; ut sequar te O vita mea, et omne bonum meum.

Oratio quotidie dicenda post electionem.

O Benignissime Deus, osten-

Digitized by Google

disti mihi viam, in qua ambulem; et quod non fecisti omni nationi, judicia tua, et leges manifestasti mihi. Ecce coram te, Domine, et curia tua cœlesti, in via hac N. ambulare statui, ut tibi serviam omnibus diebus vitæ meæ. Concede mihi gratiam, per sanguinem Jesu Christi, qua desideria ista, de tua inspiratione concepta, complere tibique, et filio tuo, et suavissimæ matri ejus serviri valeam, et tuum in æternum vivere. Amen.

BRITISH
Digitized by Google

℣. Ave Jesus dominus mecum
maria.
Deus concepit de Spiritu
(Sancto
℟. Ave maria gratia plena
Dominus tecum benedicta
tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui Jesus.
Ecce ancilla domini
Fiat mihi secundum
verbum tuum.
℟. Ave Maria &c.
℣. Et verbum caro factum est
Et habitavit in nobis
℟. Ave Maria &c.
Oremus
Gratiam tuam quæsumus Do
-re mentibus nostris infunde
ut qui angelo nuntiante Chris
filii tui incarnationem
cognovimus per passionem
ejus ad eumdem resurrec
-tionis gloriam perducamur
per eundem Dominum

BL
Digitized by Google

Digitized by Google